



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Regula V. Peccari venia non datur nisi correcto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

quod inutilis factus sit, l. 2. D. Si quadrupes paup. sec. duc. & l. fin. D. De his qui dejectur. Non enim debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, l. Non debet 72. D. Dereg. jur. & factum cuique lauum, non alteri nocere debet, l. Factum 155. D. eod.

Quare & hoc iure receptum est, ut hæres ex delicto defuncti conveniunt possit ad restituendum damnum a defuncto illati, ut ead citius peccatum defuncti expiatum, & fin. De sepultur. cap. in litteris 5. & Deraporib contra tentiam juris civilis, quo hæres ex delicto defuncti non conveniunt, nisi aliquid ex delicto ad eum pervenerit, ne alieno scelere di tescat hæres, l. unica C. Ex delict. defuncti & non autem in fin. De perpet. & temp. actione

Itaque certa juris regula est. Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum; videlicet, idem restituendo aut ejus estimationem, & res ablata noua extet: adeò etiam si res ipsa sine culpa ausecentis perierit; cum semper fur in mora restituendi intelligatur, l. fin. D. De condit. furt. Mora autem sua cuilibet nociva est, c. Morai. fin. eod.

Sed quid, si solvendo non fit? Parcitur ei propter inopiam, can. Si res xiv. quest. 6. & cap. Cum tu s. & Deus. donec ad melioram fortunam pervererit, cap. Odoardus 2. De solut. facit. l. Si debitores 7. D. De cessione bon. Quid si res ablata illi donata, aut damnum ab adversario remissum sit? Licit sint quæ remissionem non valere contendant, propter expressa hujus Regula verba, quæ tantum testi-

tutionis meminit, arg. 1. Non aliud D. De leg. 3. & quod alibi de restitutione usur. rum constitutum est, in cap. Debitorum 6. cum cap. seq. De iurejur. verius tamen est, remissionem valere; quia nihil interest, solvatur creditor à debitore, an voluntate ejus aliter satisfiat, l. Solutionis 176. D. De verb. signif. l. Solvitur s. cum l. seq. D. Quib. mod. pig. vel hypoth. sol. Nisi quibus casibus jus restit. remisso. ut cap. Statutum 11 §. insuper, juncto § penult. D. De script. lib. 6. & in c. fin. Decensib. eod. lib. 6.

Cæterum huic obstat videtur textus in Off. cii 9. n. Deparentis & remissi quo scriptum est à S. Pontifice, tam mulierem, quæ fallum partum sibi subjecit, aut ex adultero concepit, evanimo, ut mariti sui bona ad eum tamquam ad verum filium, exclusis legitimis hæredibus, pervenientes nihilominus ad pœnitentia sacramentum admittendam esse: dimittitur igitur mulieri peccatum, quæ non restituit. Verum hic singularis ratio subest, videlicet, metus mariti, si ipsi responderet mulier. Timebat enim (ut ipse textus indicat) si maritus recisceret, vel mortem, vel letale in se odium mariti; non quod restitutum jura succedendi non cuperet legitimis hæredibus mariti. Quare in easu proposito mulieris factum sustinetur virandi majoris mali causâ, iuxta illud ab omnibus iactatum. Ex duobus malis minios eligendum est, ex can. Duo mala dist. 13. Vide de hocc. su latius Navarrum in Manuali c. 16. nn. 43 cum sqq.

REGULA V.

Peccari venia non datur nisi correcto.

Regula plana est, si per correctum accipiamus contritum ad saiorum mentem reversum; non verò punitum, ut quidam perperam interpretatorum. Quæ enim delinquenti gratia sit, si is pœnam à iure constitutam jam subiit? Sumpta videtur Regula ex cap. unico De schismatis lib. 6. Cujus & insignis locus extat in can. Legatur xxiv. quest. 1.

Non tamen inde concludendum est, cuiilibet corridenti se veniam dandam esse in foro exteriori, contra textum in l. Quieamente 6. D. De furt. id enim Reipubl. perniciolum esset, cui ex pedit puniri, l. Licitatio 9 § quod illicet. D. De publican l. Ita vulneratus s. circa fin. D. Adleg. Aquil. sed si quando delinquenti ignoscit convenerit, id fiat dolenti de admisso, ut in l. Manschae 4. vers. delicti C.

De hereticis. Itaque usus hujus Regula & in foro conscientiae servatur. Novit, inquit Ambrosius, citatus in Decreto Gratianicam. Novit de penit. dist. 1. Dominus mutare sententiam, si tu noveris emendare delictum. Sed audiamus, quid de perseverantibus in peccato Gregorius differat: Voluerint ita ipse, iniqui si potuissent sine fine vivere, ut potuissent sine fine peccare. Offendunt enim quia in peccato semper vivere cupunt, qui numquam desinunt peccare, dum vivunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, ut numquam careant suppicio, qui in hac vita numquam voluerunt carere peccato. Extat in can. Voluerint dist. 1. Neque movet textus 10. cap. Quod quidam D. De penit. & remissi. quo jubetur eorum confitio recipi, qui negant se à peccatis abstinere posse. Non enim idcirco peccatum illis dimittitur, sed easter-

pus

nus ad confessionem admittuntur, quod speret Confessarii tandem eos ad veram pœnitentiam Ecclesia crebris & salutibus admonitionibus reddituros.

REGULA VI.

Nemo potest ad impossibile obligari,

Similis Regula est in l. *Impossibilium* 18 §. D. eod. *tit.* Defumpta videtur ex e. fin. & De part. &c. fin. *De conditionib. appos. ex. 1. De jurejur. lib. 6.* Et locum habet non tacitum si impossibile in obligationem deducatur, veluti, Hoc in Româ *da-* *bis*: cum uterque Ingolstadi sit: verum etiam si id, quod impossibile est, promittatur sub conditione impossibili, ut in exemplo Justiniani: *Si cæ-* *lum tertero, dare spondes si impossibilis Inst. De* *inuiti stipulat.* Prioris hæc ratio est, quod omnis obligatio aut in dando, aut in faciendo constituit, l. 2. in princ. D. *De verbis oblig.* sed quod non est, aut esse, sive fieri non potest, frusta pertinet. Non iugatur ejus obligatio ulla oriri potest. Quæ ratio eadem militat, etiamsi ignoraverint contrahentes se rem impossibilem in obligationem deduxisse: nos enim opinione nostrâ rei natura vel immutatur vel nova constituitur. Posterioris rationem hanc tradit *Martianus Juris*, quia in ea re, inquit, quæ ex duorum plurimum consensu agitur, omnium voluntas spectatur, quorum proculdubio in hujusmodi actu talis cogitatio est, ut nihil agi existimat, apposita è conditione, quam sciant esse impossibilem. *Hæc Martianus in l. Non solum 30. D. De actis & obligat.* Itaque, apposita conditione impossibili, videantur contrahentes non serio, sed jocosè egisse. Impossibilitas verò dupli ex capite orihi lolet; aut quia natura impedimento est, ut in supra allatis & similibus exemplis: aut quia ius vel boni mores vetant, l. *Con-* *tinuus 137. § illud inspicendum, juncto §. cum quis D.* *De verbis oblig.* veluti, rem sacram vel religiosam dari, d. §. *cum quis*: aut si fortius vel alterius delicti nomine promissio fiat, l. *Siplagus 123. De verbis oblig.* aut si hæredis institutio aut legarum à testatora ita relictum sit, si parentibus alimenta non præstiterit, si ab hostibus patrem non redemerit, l. *Conditions 9. D. De condit. insitit.* Quæ facta, inquit eleganter *Papinianus*, laedunt pietatem, estimationem, verecundiam nostram, & (urgenaliter dixerim) quæ contra bonos mores sunt,

ne facere nos posse credendum est, text. in l. *Filius 15. D. De condit. insitit* jungit & l. *Nepos Proculo 125. D. De verbis signif.* Sed hoc interest iactare conditiones impossibilis, quæ ultimis voluntatibus adjiciuntur, & quæ contractibus, quod illæ institutionibus, legatis, fideicommissis adjectæ, pro non scriptis habeantur, in favorem ultimæ voluntatis, l. 1. & l. *Conditions 9. D. De condit. insitit.* siquidem in testamentis plenior interpretatio adhibetur, l. *In testamento 12. D. De R. I.* cùm non facile credendum sit, aliquem testamento suo aliquid adjectum ad impugnandum idem judicium suum, l. 3. *D. De testamento milia.* In contractibus verò impossibilis conditiones adjectæ infirmant ipsum contractum, cum contractus non eamdem benignitatis interpretationem à jure recipiant, ut pote minus favorabiles, c. *Cum dilecti 6. in fine De donat.* Excepto matrimonio, cui si turpis vel alia conditio impossibilis adjiciatur, habetur ea pro non adiecta, & matrimonium purè contractum intelligitur: idque in favorem ipsius matrimonii. Nisi forte adjecta conditio esset contra substantiam matrimonii; puta si alter contractantium dixerit: *Contra te tecum, si generationem prolixi vitaveris;* vel donec inveniam aliam honore, vel facultatibus ditionem; aut si pro quaestu adulterandum te tradideris. Etenim hæc conditions matrimonio prorsus adversantur, per text. in cap. fin. *De condit. appos. de quo* alter disputat D. Peckius hic sub num. 10. in fine & num. seq. Ubi tamen testator conditionem impossibilem possibilem existimavit, legatum vel fideicommissum non valebit l. *Servo manumissio 58 D. De condit. indeb.* cùm in testamentis voluntatem testatoris ante oculos spectemus, l. *Fideicomissa 11. § item si quis. l. Non aliter 69. D. De legatis 3.* In certis autem nullus est conjectura locus, l. *Continuus 137. §. 2. in fine D. De verbis oblig.* Quod & in contractibus retinendum est, l. *Semper in contractibus D. De R. I.* Vide ad Reg. *Insipicimus 45. infra eod.*